



Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. CVII. Probabile.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

possint omni gradu, dignitate, & privilegiis privari. textus est in *l. 1. & 2. C. de fals. monet.* Tiber. Decian. *lib. 7. crim. c. 8. num. 23.*

CAP. CVI. Prius.

Axioma I.

Prius quod est in voce, præsumitur etiam prius in sensu, *l. si communis servus i. 21. de stipul. serv. Wessenb. 1. conf. 41. n. 72.* quia ex ordine verborum manet intellectus, & prælatio inducitur, *l. beredes mei 57. §. fin. ff. ad SC. Treb.*

II.

Quæ uno contextu fiunt, non est dari prius & posterius. *l. 2. §. prius 4. ubi Dd. ff. de vulg. & pupill. substit. l. nec enim 6. ff. de solut. §. ante. Inst. de legat. Goedd. ad l. 243. num. 2. de V. S.*

III.

Quotiescunque duo sunt, quorum quodlibet habet perfectionem in se ipso, & se habent ad invicem ut prius & posterius, & quidem in oppositum, tunc necessario posterius debet tollere prius. Pantiſchman. *lib. 2. prætic. quæst. 13. num. 12.* Exemplum est in contractibus. *l. si servus 7. §. paterne ne peteret 2. ff. de pact.* quamvis enim illi in generalitate sunt concepti, nihilominus tamen posteriores contractus tollent priores. *l. §. uno 18. §. & ejus 1. ff. de Acceptil. §. est autem prodica 2. Inst. quib. mod. toll. obligat. l. qui Rome 122. §. duo fratres 6. de V. O. idem esse & in testamentis, textus est in *l. sancimus 27. C. de testam.* ut enim secundum testamentum per se subsistat & primo opponatur, consequens videtur, ut tollat etiam primum ipso jure. In privilegio tamen non procedere, per cap. *veniens 19. de prescript.* limitat Pantiſchman. *2. quæst. 13. n. 22. vid. supr. cap. præced. 22. 15.**

CAP. CVII. Probabile.

Axioma I.

Quod non est probabile, non etiam est punibile. Vultejus *lib. 3. Consil. Marpur. 29. numer. 57.*

II.

Probabilia ut plurimum inter se sunt contraria. Aristot. in *Rhetor. c. 25. Vigel. in rat. eleg. jur. contr. col. 10. & in Dialect. jur. tit. de thes. seu questione juris infinita disputanda, p. 393.* Nebelkæ *decis. 2. p. 47.*

III.

Probabilis causa cum deest, audiendus non est, quia nova molitur. Mev. *Conf. 49. n. 35.*

CAP. CVIII. Probatio, Probare.

Axioma I.

Probare est persuadere Judici, *l. 12. de probat.* Quod non contingere semper ut volumus, scribit Cujac. *l. 3. 99. Papin. ad l. 1. ff. de probat.* Quare & Oratorem Apollodorus apud Quintilian. fortuna & eventui subicit, ut si forte non pervalerit, nomen suum retinere possit. Cujac. *12. resp. Paul. ad l. 73. de condit. & demonstrat.*

II.

Non est boni viri ea dicere, quæ probare non possit, sed potius silere debet. *cap. plerumque 27. 2. quæst. 7. vid. Anton. tit. 7. de rescript. conclus. 22. num. 23.* quod enim quis probare non potest, non proferat. *can. si tantum 2. & seq. 6. quæst. 2. vid. Gail. 1. de pace publ. cap. 5. n. 3.*

III.

Probationis suæ initium nemo è domo rei deferre debet. *l. de minore 10. §. tormenta 3. ff. de quæst. l. nimis grave 7. C. de testib.* origo enim petitionis ex instrumentis ejus, qui convenitur, fundari non oportet. *l. 1. l. fin. C. de edend. Regner. Sixtin. 1. Consil. Marpur. 9. num. 97. cum seq. Pacian. 1. de probat. cap. 61. num. 49.* sed potius actor ipse probationes adferre & domo instructus venire debet, quam ut à reo eas quasi gladium exigat. *l. 7. C. de testib. Wessenb. parat. de interrog. in jur. fac. num. 5.* siquidem probandi necessitas onus est & molestia. B. Argentæus *Comm. in consuetud. Britan. artic. 164. n. 3. §. retinendi.* ubi Bachov. & Dd. communiter. *Institut. de interd. adeo ut is, cui incumbit probatio, adversarium necessitate probandi contrarium adstringere nullatenus possit. l. actor. 23. C. de probat.*

IV.

Probare talem se debet, qui vult ut talis admitti. *l. non ignorant. 9. ibique Salicet. & Buttrigar. Cod. de his qui accusar. non poss. Bald. in l. eum qui duas. num. 3. vers. & nota quod qui petit. C. ad L. Jul. de adulter. Jafon. conf. 102. numer. 4. vol. 4. Marfil. in pract. crimin. §. diligenter. numer. 171. vers. pro quibus facit. Roland. à Valle conf. 65. per spectis. num. 12. vol. 1. Paris. consil. 115. incip. Johannes. num. 2. vol. 4. ita fraternitatem esse ab eo probandam, qui eam allegat, probat *l. non epistolis 13. in fin. C. de probat.* ita etiam in terminis legitimationis consulere Roland. à Valle conf. 43. incip. Legitimationem. n. 23. vers. verum si diligenter. vol. 4. & conf. 100. incip. revocatur. num. 19. vers. quibus tamen non obstantibus. vol. 2. Alex. conf. 60. visa legitimatione. num. 17. vers. venio ad secundum. vol. 2. Castren. conf. 178. super num. 1. vers. cum igitur ille. vol. 2. idem obtinere & in terminis adoptionis tradit Alex. in *l. neque professio.* & ibi Jaf. C. de testam. idem Alex. in *l. si pater tuus. num. 2. C. de ber. inst. Pac. 2. de prob. c. 18. n. 3.* quin imò extendi eam posse ad quodcunque consanguinitatis genus, sive sit agnatio, sive cognatio, sive alia affinitas, quæ in iudicium deducatur, latè deducit Pacian. *2. de probat. c. 12 per tot.**

V.

Quicumque modus probandi nullâ ratione naturali nititur, sed Dei tentationem involvit, ille